RNS. 280

12/V

1656

Actum in Castro Præmisliensi Feria Sexta post Dominicam Jubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto.

Gorzyczcy Coniuges Mutuam Advitalitatem sibi Inscribunt.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Generosi Valerianus Gorzycki olim Generosi Adami Gorzycki cum Generosa Helisabetha de Otwinow procreatus filius ab una et Hester de Irzedzie Bolesławycka coniuges legitimi, et quidem maritus solus per se, consors vero cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitan. Praemisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Generosa consors meliorando inscriptionem Advitalitiam per se recognoscentem coram Actis Castren. Sendomirien. suprascripto marito suo factam sibi mutuo et invicem in et super bonis suis quibusvis omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus summisque quibusvis pecuniariis nec non auro argento clenodiis vestibus vestimentis stanno cupro orichalco pecoribus pecudibus equis equiribus totaque et integra suppellectili domestica nunc habitis et in posterum habendis in quacunque forma et materia existen. mutuam advitalitatem et usum fructum inscribunt et concedunt praesen-

ad extremas

ad extrema duntaxat vitae suae tempora et non ultra Tali videlicet modo quod si
prius praefatum Generosum Gorzycki maritum suum quam ipsam Generosam consortem
suam de hac luce decedere contigerit Extunc praefata consors sua bona gratis omnia
ac praemissa omnia superius expressa cum omni praemissorum iure dominio et propri-
etate omniq usu fructu eorundem ad extrema vitae suae tempora tenebit habebit
et possidebit illisq quiete et pacifice utifruetur Post mortem vero et de hac luce
decessum eiusdem suprascriptae consortis suae extunc praemissa omnia bona praefati mariti
et propria ad successores eiusdem mariti sui sine quavis contradictione successorum supra-
scriptae consortis suae pleno iure redire debebunt et devolventur Similiter quoq si pri-
us praenominatam consortem suam quam ipsum maritum mori evenerit extunc bona
suprascripta gratis omnia morte praefatae consortis suae derelicta cum omni uti prae-
missum est iure dominio et proprietate omnibusq eorundem bonorum utilitatibus
et commodis idem Generosus maritus suus tenebit habebit et possidebit illisq quiete
et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora tantummodo et non ultra utifrue-
tur Post mortem vero eiusdem suprascripti mariti sui bona eadem praefatae Con-
sortis propria morte eiusdem mariti praefati derelicta ad successores suprascriptae
Consortis suae sine quavis contradictione successorum praefati mariti sui totaliter
et plenarie redibunt et devolventur His praesentibus personalibus recognitionibus
ad praemissa mediantibus.

Actum in Castro Praemisli-
censi Sabbatho post Domini- 13/v 1656
cam Iubilate proximo Anno Do-
mini Millesimo Sexcentesimo
Quinquagesimo Sexto.
Grochowski Grochowskiemu.